Que sibi spōte velū iponit et iter velatas querlando deo oblatōz fecit lz velit nolit velata manebit q̄sqz iuramento firmare velit ea mēte velamē sibi iposuisse ut dponere possz.

Johannes frater.

Molz monacho dō mōasterio ad mōaste- riū temere migrare nec aliquā pecuniā habere qd si sec⁹ fecerit ab abbate p̄oris mōasterij coherceat. **M**o. g. q̄ dīc q̄cā administrōs p̄t monach⁹ habere pecuniā. Ite abbas cōpellit monachū sūi recipere.

Quia in insulis.

Ubi dura ē monachoz p̄gregatio pueri ante. xvij. annū ad monachatū nō recipiūt. **M**o. g. q̄ dicit q̄bec decretalis in qbusdaz li- bus est palea. et qd dī ea ē speciale proprie- asperitatem.

Non est nobis.

Facta pfessione nō ē licitū nisi ad stricti- orē ordinē trāslire. Ex isto capitulo arguit aliq̄ q̄ ordō cisterciēn. sit ordō strictior qd nō est verū. q̄ cartusieñ. sit strictiores.

Ad nostram.

Votū religionis sine deliberatōe emissū nō obligat vountē. Et dīc abbas q̄ sec⁹ ē iatio voto q̄ siue q̄s solēniter siue simplici- ter p̄inētiā voueat obligat. ⁊ potū rōem di- versitatis. Ite dicit. g. quō intelligit illō qd dī. Quod semel placuit. **Z**. Ite tangit qñ ann⁹.

incept⁹ p̄ cōplete habet. et qñ nō. Ite dicit q̄ de⁹ intuetur cor non faciū.

Super eo.

Qui recipit habitū pfessoz vbi habitus sūt distincti religiosus esse cōpellit et si recipit habitū nouicioz potest libere ad seculuz redire. **M**o. g. q̄ tāgit in qua veste debet mo- nachus facere p̄bationē an in laicali v̄l mo- nachali. **Z**.

Sane de canonico.

Si canonic⁹ regularis fiat monach⁹ re- rule artioris ibi manere potest. si lariorū ad p̄mam regulam siue monasteriū redire cō- pellitur.

Significatum.

Minor. xiiij. annoz pfisēdo religioni non obligat nisi fac⁹ maior ratū babeat. **M**o. g. q̄ dicit minor. it trans religionē i p̄ncipio. xv. anni dī interrogari de voluntate sua.

Cum virum.

Mulier in etate legitima bñdicta regla- rit viuere cōpellit. **M**o. g. q̄ dīc uter ceſa q̄ pa- terna deuotio qñqz facit monachū occasio- nalit ⁊ qñqz fili⁹ obtēperat paterne deuotōi ex debito honestatis nō necessitatis. **Z**.

Idōrectum.

Sine habitu p̄t quis ordinē se obligare. **M**o. ter. q̄ dīc q̄a p̄uerēdo votū emitut. Ite q̄ n̄ habit⁹ lz. pfessio facit monachū. **M**o. g. i fine q̄ dicit de eo q̄ simpliciter p̄misit irare aliquā religionē illud soluere tenet.

Cum simus.

Qui ante etatē legitimā irat religionē p̄t in etate legitima p̄rauenire. **M**ota q̄ fili⁹ p̄t a patre religionē irante bona sibi ex suc- cessione paterna debita imperare.

Sicut tenor.

Furios⁹ ex suscepēo habit⁹ ab monacha- tū non obligat. **M**o. g. q̄ dicit q̄ ille q̄ bz in- grū iudiciū. licet grauissima teneat iſirmira- te si voueat ipe tenet votū adimplere. **Z**.

Ad apostolicam.

3

Ante annum pbatonis p̄t q̄s se ordinis obli-
gare. **M**o. **t**er. q̄ dīc q̄ mltā fieri p̄bīben̄ q̄ tñ
facta tenēt. Itē notat. g. q̄ ad pbādū religio-
nē sive monachū diuerla i iure statuū tpa
qñqz ann⁹ qñqz bienn⁹ qñqz trienn⁹. Itē dīc
q̄ iure cōmuni potiorē p̄ditio p̄bībetis.

Sicut nobis

Facta p̄fessione alic⁹ ordinis cogit q̄s ad
habitū etiā si diu steterit sine illo. **M**o. **g.** q̄ in-
ter cetera dicit quē viuū p̄temno ad eius bo-
na mortui aspirare non valeo.

Licet quibusdam.

Monach⁹ p̄t ad strictiore ordinē trāire
petita licēnia sui supious lznō obtenta. **M**o.
ter. q̄ dīc p̄uilegiū meref amittē. **Z**c. Itē dīc q̄
angel⁹ satbāne i angelū lucis. **Z**c. **M**o. **g.** q̄ dīc
q̄ cū p̄bībet iuramērū. temerariū tātū vīdet
p̄bību. Itē tāgit glo. de alienatōe p̄sone et
alienatōe rei. Itē publica vilitas p̄feri p̄ua-
te et qualiter h̄intelligat vīde glo. Item pre-
sumit de bono corde. **Z**c. nisi p̄trariū.

Veniens ad se.

Air et vro: vt nō p̄tineāt se abiurare nō
p̄nt. **M**ota glo. q̄ dīc q̄ isti abiuraueri se mu-
tuu nō vt p̄tinēti viueret s̄ se inuicē abiura-
verūt vt cū alijs adulterari possent.

Consulti sumus

Qui ad monasteriū se p̄uertit habitum
sumēdo nouicioz libere iſra annū pbatonis
exire poterit nisi i ingressu apparuuit eū vita
absolutā velle i meli cōmutare. **M**o. **g.** q̄ est
notabilis et dicit de p̄fessione quā facere dī
intrās religionē. Item dicit de p̄bitōe aspo-
lita in religionē et in matrimonio. Itē dicit
q̄ in dubio p̄lumenđū est p̄ religione. Item
in dubio p̄lumenđū ē quē fore excoicatu; vt
poti⁹ ad cautelā absoluat. **Z**c.

P̄ostulaſti.

Clerici in minorib⁹ p̄stituti q̄ habitū no-
uicioz suscepert p̄fessione tñ tacita. vñ expre-
sa postea nō lecuta licite i ecclia seculari ordi-
nat⁹. **M**ota glo. q̄ dicit q̄ dolicapax sicut &
obligare p̄t diabolo. sic etiā deo. **Z**c.

Ex parte tua,

Habit⁹ pannū gesius quē facit regulare
Mo. **t**er. q̄ loqt de illis q̄ terrā duab⁹ vijs in-
gredi nō veren⁹. Et intelligit ter. de habitu q̄
dat p̄ficientib⁹. Item dicit ter. q̄ habit⁹ non
facit monachū l; p̄fessio regularis.

Statuimus.

Intrās religionē iſra annū p̄t exire n̄iſi
p̄trariū ostendaſ. **M**o. **t**er q̄ dicit q̄ quilibet
renūciare valet ei qd p̄le noscīt introductu.
Mo. **g.** q̄ disputat an ep̄s iſra annū pbatio-
nis posset p̄ferre bñficiū iſrantis religio-
nem.

Re religiosi.

Fugitiū et electi sūt oī anno requirendi
sollicite et ad reuertendū ad monasteriū di-
strictius cōpellēdi. **M**o. **g.** q̄ dīc q̄ plat⁹ tene-
tur de facto subditū n̄iſi eu correxerit. Itē di-
cit q̄nib⁹ cum scandalo faciendū est.

Titul⁹ de regula. et trā- se. et cetera. li. sexto.

Is qui monasterium

Si minor. xiiij. anni ingredit religione i
xv. anno libere exire p̄t n̄iſi in ipo. xv. anno p̄-
fessionē fecerit vel habitū p̄fessoz suscepert
vel expresse ratū babuerit p̄fessionē p̄us a se
factā. Si aut p̄ totū. xv. an. portat habitum
vbi nō ē distinct⁹ intelligit p̄fessus. n̄iſi tā
ta sit indistinctio q̄ viuētes cū eis simili ba-
bitu induant. Si aut maior. xiiij. anni ingre-
dieſ si portat habitū pannū qñiūcūqz sit in
distinct⁹ intelligit p̄fessus. Vide. **g.** q̄ dicit de
duplici p̄fessione

Non solum.

Dredicatores et minores iſra annū pba-
tōis quēqz ad sui ordī p̄fessionē recipie nō
p̄nt. qd si fecerit recept⁹ alligat⁹ nō ē eoꝝ or-
dini. Et ipi a receptione p̄fessionis alioꝝ sunt
suspēsi et puniendo pena q̄ p̄ graniorib⁹ cul-
pis eis p̄sueuit infligi. et vīde desup glo.

Constitutionem

Constitutio Inno. q̄ p̄bībet p̄uersoz p̄fes-
sionē recipi ante annū pbatonis elapſū. pie

memorie Alex. papa. iiiij. ad fr̄es p̄dicatoꝝ et
minorꝝ dūtarat declarauit erēdi. Boni. aut̄
a paris similitudine rōnis induct⁹ declarā-
tionē eandē ad alioꝝ mendicantū ordines
prorogauit. Itē dicit q̄ in alijs religionib⁹
professio tacite vel expresse fieri potest infra
annū. z. s̄ expresse emissa et seculari. z.

Beneficium.

B̄ficiū illi⁹ q̄ religionē ingredit⁹ nō ē in-
fra annū p̄batōis alicui p̄ferendū n̄iſi ad id
ipi⁹ accedat assens⁹ v̄l̄ cōstet q̄ vitā voluerit
absolute mutare vel p̄fessionē expressaꝝ fece-
rit seu scienter habitū suscepere p̄fessioꝝ. Et
interim p̄ alii b̄ficiū deseruit. z.

Qui post votum.

Vouens utrare religionē certā si aliaꝝ in-
trauerit etiā laciōre cū p̄ori simplici p̄ votuꝝ
soleinne posteri⁹ sit derogatuꝝ in eadē potest
remanere. pro voto tñ p̄mo nō iplo eo est sibi
penitentia iniūgenda. Itē glo. ponit differē-
tiā inter votū factū de intranda religione et
de voto facto de p̄fendo.

Si ad solum.

Si ad solū abbate p̄tinet creatio mona-
choꝝ eo defuncio nequibit nouus mōach⁹
a conuentu creari. als poterit si eoz creatio
spectet insimul ad vtrūq; Itē g. dicit quod
de iure spectat simul ad vtrūq;

Ti. de regu. et tranſe. ad reli. in cle.

Et professores

Professi ordinū mendicantium et licite
transeūtes ab nō mēdīcātes licet admīstra-
tiones babeat nō habet vocē in caplo etiā
sialij de capitulo id pcedat nec deinceps cō-
sequi possit ad ministrōis p̄oratus vel offi-
cia et tāq; vicarij nec p̄ se vel alijs aiāꝝ curā
gerere. et irritat contra factum.

Eos qui.

Qui iāo discretōis p̄stitut⁹ p̄ annū no-
vicioꝝ habitū portauerit h̄ ipo religionem
illā p̄fessus censem̄ n̄iſi habet⁹ ille distincsus

fuerit notabiliter abbatiū p̄fessioꝝ.

Titulus. De conuersio/ ne coniugatorum.

P̄tēterea.

Si vir de uxoris licētia p̄fitet et uxore de icon-
tinētia suspecta nec religionē nec p̄tinētia
p̄fitet potest ep̄sib⁹ virū restituere. Mo. g. q̄
tagit de incontinētia et senectute.

Verum.

Ante carnalē copulā p̄t q̄s inuita uxore
religionem utrare. Mo. g. q̄ videt q̄rere nū
qd̄ post ingressū religionis manet vinculum
p̄oris matrimonij. dicit q̄ sic inefficax n̄i est
z. et concludit q̄ soluitur.

Quidam.

Post carnalē copulā iuncta piuge sua ne-
mo p̄t religionē utrare. Mo. g. q̄ tagit d̄mrio;
nō bl̄e marie viginis. et q̄rit an h̄ casu exīeſ
monasteriū poss; postea cū alia p̄trabere.

Eum sis p̄dictus.

Obserit⁹ religionē īgredi n̄ p̄t n̄iſi uxor in
grediat. v̄l̄ n̄iſi d̄ incontinētia n̄ suspecta p̄mit-
tat p̄tinētia. Mo. g. q̄ dic̄ q̄ multe steriles sūt
et iuuenes. q̄ tñ p̄tinere non possunt.

Coniugatus.

Null⁹ p̄iugator⁹ ad sacros ordines p̄mo
uēd⁹ n̄iſi ab uxore p̄tinētia p̄fiente fuerit ab
soluit⁹. Mo. g. q̄ disputat an cleric⁹ p̄iugatus
posse sine licētia capere minores ordines.

Sane si.

Uxorat⁹ ī ep̄m pmoueri nō p̄t n̄iſi uxor
p̄fiteat et religionē intret. Mo. g. q̄ dic̄ q̄ p̄ba-
bētes proles substātia eccliarū consuevit de-
perire. Itē querit de petulio an etiā debet so-
nere p̄tinētiam.

Ex publico

Spōla de p̄senti n̄ cognita q̄ dic̄ se religi-
ōpē velle īgredi īfra cerū ipsi cōpellit religio-
nē p̄fiteri vel ad virū redire. Mo. glo. q̄ dic̄
de triplici p̄sumatione matrimonij. z.

Uxoratus.

Ut supra. Ilo. g. q̄ q̄rit q̄ si h̄ casu vir intrat religionē et p̄fiteat et mulier iuuenis et specta n̄ intrat religionē nec vouet p̄tinentia nūq̄ tener mōachar. Zc. Itē no. tex. i. fi. q̄ dīc q̄ mulier ad cobabitādū tōlurari nō debet.

Ex parte abbatis.

Professus religionē de p̄sensu uxoris in seculo remanētis licet ei fuerit restitutus ea mortua ad monasterium redire cōpellit. Ilo. ta. g. i. p̄ncipio q̄ videt tāgere an h̄ casu uxor dando licentiam videatur vovere. Zc.

Consuluit

Professus religionē de p̄sensu uxoris ea mortua n̄ p̄t ad sc̄lm redire. Ilo. g. q̄ dīc q̄ h̄ casu idē est i. canonico regulari et i. mōacho cū p̄ua sit differētia iter eos vt. xx. q. iii. p̄ns.

Carissimus

Alter p̄iugū i. alteri p̄iudiciū etiā si ad tps p̄sentiat. nō p̄t vovere p̄petuā p̄tinētā. Ilo. g. q̄ dīc q̄ vir et uxor communi p̄sensu possunt p̄tinentia vovere p̄petuo remanendo in domo sua. xxxiiii. q. v. Quod deo.

Placet nobis

Quē sine licentia viri religionem itrauit post mortē ip̄i nō est ad religionē cogenda redire. Ilo. g. q̄ dīc q̄ s̄mā p̄ parte tenet et p̄ parte non tenet.

Ad apostolicam

Idez sicut in capitulo cū sis. supra. e. z. i. c. tōlurat. Ilo. g. q̄ dīc q̄ iudicium soluit q̄d firmū erat si ad eū statuz deuenerit et q̄ icipere non potuit. secus est in matrimonio.

Ex parte tua

Per professionē religionis nō p̄ p̄posi tū castitatis i. seculo seruāde soluit ip̄o alia de p̄senti. Ilo. g. que inter cetera dīc q̄ matrimoniu p̄trabit iter absentes p̄nūciū. Itē arra interuenit licet nō pena.

Constitutus.

Si uxor alicui p̄uerit publice adulterata vir e p̄t ad sacros ordines p̄moueri. Ilo. g. q̄ dīc q̄ ducens viduā vel abalio carnali co gnitā nō potest ad ordines p̄moueri. Zc.

Veniens.

In sufficiētiā p̄iugis licentia p̄ sequēs adulteriū p̄firmat. Ilo. q̄ votū n̄ p̄t ioperari s̄z bñ suaderi. et p̄pterea solz dici q̄ voluntariū milie tē eligit sibi dñs. Itē arguit. gl. q̄ l̄ dolus in sp̄ualib⁹ interueniat valet p̄tractus.

Accedens.

Uxor mariti p̄fessu repetere potest nō obstante licentia p̄fendi p̄ moritum metu extorta ab ip̄a. Zc.

Significauit.

Qui dat licentia intrādi religionē et p̄mit tit p̄tinētā nō cogit religionē intrare nisi sit de incōtinētā suspect⁹. Ilo. glo. q̄ dīc q̄ illa q̄ sine p̄ditōe vouent sine p̄ditōe soluit. Item dīc q̄ q̄nq; q̄s ex facto suo cōpellit intrare religionem.

Gaudemus.

Mulier cōvicta de adulterio nisi mari tus voluerit eā recipere cōpellit monasterium i. trare ad penitentiā pagendā. Ilo. g. In hoc casu loq̄t de adulterio publico. Itē dīc q̄liē olim puniebat adulterium

Budum.

Si p̄iuges ab iniuicē se absoluit vouen- do p̄tinētā et religionē iutrando. alter alteriū repeterē nō valebit. Ilo. glo. q̄ dīc q̄ votū ex calore cōmissum nō tener. Itēz dīc glo. q̄nibil referit narrandi diuersitas ubi ea dem dicunt. Item dīc glo. de dolo bono. Zc

Mulier que.

Mulier q̄ in fide remansit viro a fide la p̄so potest ip̄o in iure religionē iutraare. et h̄ i tellige dūmodo marit⁹ ab ea fuerit iudicio ecclie separat⁹. Ilo. glo. q̄ ponit differētiam inter fornicationem carnalem et spiritualem

Ti. de cōuer. infidelū.

Laudabilem.

Sarracen⁹ q̄ machinante xp̄iana mulie re virū ip̄i occidit. si postea cū illa cōtrabat matrimoniu separat. etiam si p̄ullā puerus sit ad fidē. sec⁹ si s̄i machinatōe illū occidat.

Mota glo. q̄ dicit q̄ licet pugnare p̄ patria et
fide. Itē q̄nq; puniit affect⁹ sine effectu. z.

Ex litteris.

Si vrore iudaismo relicta iudee vir puer
ta ad fidē cōmuniſ proles assignabit viro
ad fidē puerlo. **M**o. ter. q̄ loq̄ de dolore ma
tris ⁊ de matrimonio. Itē de filio in c⁹ p̄tate
sit. **M**o. g. q̄ dicit iter cetera q̄ fili⁹ infra trien
niū existens manebit penes matrē. Itē dīc
glo. q̄ filius sequit familiā patris et nō ma
tris. Itē tractat glo. vbi pupill⁹ debet ali.

Titul⁹. de uoto et uoti redemptione.

De peregrinationis

Eps p̄t cōmutare votū ex cā i eo q̄d fue
rit magis deo gratū. **J**o. an. **M**o. gl. q̄ dīc q̄ i
cōmutatiōe voti cā sp̄dzatēdi. **M**o. g. q̄ dīc
q̄ in voto p̄tinēt equū bonū iueniri nō p̄t
vel maius. et sola castitas p̄fitat dñō aias. q̄
suaderi potest. imperari autem non

Venientis

Papa cōmutat votū ultramarinū ma
xime i puerli etate emissū. **M**o. g. q̄ iāgit an
papa possit dispēlare in voto fidelitatis qđ
p̄mittit socius socio in itinere siue alias. Itē
notat glo. q̄ votū ex facilitate emissum ob
ligat et arguit et soluit. Item notat glo. q̄ i
voto possilitas semp̄ subauditur.

Litteraturam tuam.

Ex voto iniciato solummodo nemo ē obli
gat. Vell sc̄m panoz. Simplicit pponēs
religionē ingredi l̄z n̄ i grediaſ n̄ reus voti.
Mo. g. q̄ solum videt tangē de voto p̄cepto in
aio nō tñ aio obligādi. Itē dīc. g. q̄ nemo se
obligat sine animo. Itē dīc q̄ ex nudo pacto
nō oñt actio. et alle. iura pro et contra.

Scripture

Votū n̄ violat q̄ illō i meli⁹ cōmutat. **M**o.
glo. q̄ dīc q̄ nō ē illi necessaria certa deliciū sa
tissimoc⁹ iotū vite tps obediēte ipendit sui
cōditois. Item or. g. q̄ intranti religionem
nō ē penitētia p̄pterius imponēda.

Non est voti.

Executio voti ultramarini ex cā differe
pt p̄ papā. **M**o. g. q̄ iāgit q̄ i dispēlātōib⁹ oꝝ
subesse cā alias ille cū q̄ dispēlat et p̄ papaz
nō est secur⁹ quo ad deum. z.

Licet vniuersis.

Ecclēsia cōpellit laicū ad executiōe; voti
ultramarini p̄ excommunicatoꝝ et bonoz sub
traciōne. **M**o. g. un p̄ncipio q̄ dicit vbi aug.
dicētis de voto. Qui nō cepit deliberet. q̄ in
gressus ē pleueret. Itē arguit. g. q̄ vñ⁹ potest
pro alio ieunare et vorum implere.

Obagne.

Papa cōmutat ex cā votū ultramarinū
i vigilias orōes et ieiunia tūc marie cū cessat
cā q̄ vouētē ad vouēdū idurit. Itā et q̄ expē
se fiende in eūdoꝝ morādo et redeūdo iteglit
mittat i tre sc̄tē sublīdiū. h. d. **M**o. gl. q̄ ponit
tria q̄ sp̄slūt p̄siderāda. sc̄z qđ liceat s̄m eq̄ta
tē. qđ deceat s̄m honestatē. et qđ expeditat s̄m
vulitatem. Itē dīc ter. q̄ nō ē curādū os loquē
tiū iniqua dūmodo nō recedat a veritate.

Quod super his.

Impedito ad ips⁹ exeq̄ votū ultramarinū
pcedit dilatio. p̄petuo vō ipedito idicis redē
pno i aliud qđ maḡ expeditat ad succursum
tre sc̄tē. **M**o. g. q̄ dīc q̄ ex cā papa p̄t dare licē
nā vouēdi ad terrā sanctā viro iuita vrore.

Ex multa.

Votū ultramarinū ex certis cāis mutari
p̄t aliud p̄ papā et n̄ paliū n̄li ex ip̄i⁹ specia
li mādato. **H** pmo. Abiles ad eūdū s̄z inabi
les ad pugnādū si sūt strēnui p̄ silio l̄ milites
bellatores p̄nt secū ducere. votū ultramarinū
n̄ redimūt. **H** sc̄do. Vrores nō p̄nt seq̄ ve
ros ultra mare n̄li et ip̄e voverint. **H** tertio.
Viri sine p̄sēlū vroū emētē p̄nt votū ultra
marinū. **H** q̄rto. Clerici iāq̄z inabiles ad pu
gnādū redimūt votū ultramarinū n̄li cer
tis casib⁹. **H** q̄nto. b. d. s̄m panoz. **M**ota q̄
papa in casu bui⁹ capituli sibi specialiter di
spensatiōnem reseruat. ergo in alijs videtur
epis cōmittere. **M**ota casum specialem in
glo. vbi maritus potest sine licentia vrois
vouere. z.

Vider tuas.

Qui voulit religionē īgredi si voto nō ī plero fiat ep̄s renūciare d̄z et votū implere. Vsel sic. Votū n̄ ī plerū ip̄edit pmouēdū et veicitiā pmotuz. Ilo. q̄ reglaris p̄t eligi ad regimē clāris eccie q̄d p̄t ex isto textu. Z.

Vestigia vestra.

Vestigia et reglaris p̄t emittē votū vltra marinū et p̄t p̄uenit eccie ad t̄re sc̄e subsidiū deputatos i v̄lus p̄pos cōuertere. Ilo. q̄ v̄bo et exēplo p̄dicare dicimur. Item nota q̄ aliquis relinq̄t p̄pē p̄sciētie. Itē q̄ p̄lat⁹ dimit t̄s eccia; debet relinquerē p̄curatore.

Tit. De voto. II. sexto.

Quod votum.

Illud votū d̄r solēne q̄ addirimēdū matrimoniu post tractū q̄d solēniatū ē p̄ su sceptiōne sacri ordinis aut p̄ pfessionē faciā tacite aut exp̄sse alicui de religionib⁹ p̄ sedē apostolica aprobatis. Ilo. g. i p̄ncipio q̄ docet ubi matrimoniu p̄mo fuit institutū. Itē dīc differentiā iter clericū et monachū. Itē q̄rit qd̄ h̄casu faciēdū sit si itaret religionē nō aprobata. credēs in eā fore aprobataz. Et de clericō ordiato i subdiaconum p̄ ep̄m quē credebat ep̄m et i veritate nō fuit.

Titulus. De statu monachorū et canonico rum regularium.

Theodosius.

Allegedioceſana nō a lege iurisdictiōis monasteria sūt exēpta. Vsel sic. Ep̄s nō debet vēdicare ea q̄ monasterio p̄ferūt nec aliqua molestiā inferre. coriōe in potest.

Monachi.

Monachi p̄ p̄cio recipi nō debet et taliter recipiētes puniūt. Itē monach⁹ nō debet babere peculiū nisi p̄ iniūcta sibi admistratiōne. Priorat⁹ et obediētie p̄ p̄cio alicui cōfieri n̄ debet. Priorat⁹ ad nutū i p̄uetualib⁹ ecclesijs remoueri non debent

Recolentes.

Monasteriū vel eccia alteri p̄iūcta eius sūt naturā cui fuerit p̄iūcta. Ilo. tex. q̄ dīc Si q̄ simile cū alijs vitā suscipiunt. Z. Item dicit glo. q̄ quilibet terminis suis debet esse p̄tent⁹. Item dicit glo. q̄ illud q̄d alteri ag gregat illi⁹ debet imitari naturam

Super quodam.

Regularis canonic⁹ q̄ p̄pū nō resignavit i morte i cimiterio sepultus debet exhibui mari si h̄ sine scandalos fieri potest. Ilo. g. q̄ dīc q̄ ppter vitandū scandalum multa sūt et omittuntur. Z.

Quod dei timorem.

Canonic⁹ regularis p̄fici p̄t eccie parochiali enā seculari. s; d; b̄ seculū sociū sui ordinis ad cautelā si h̄ cōmode fieri p̄t. Ilo. glo. an monach⁹ vel canonic⁹ regularis p̄fici eccie parochiali. Itē q̄ monach⁹ secū debet b̄ seculū. secus in canonico regulari.

Cum ad monasterium.

Primo dicit q̄ monach⁹ nō d̄z vti camī sea linea. Itē q̄ monach⁹ nō d̄z aliq̄ mō b̄ se p̄pū et si babēs monit⁹ nō relignet in sterquilinio subterrel. Itē monachī debent babere p̄tinū silentiū in dormitorio et refectorio. Itē q̄ nō debet i refectorio carnes comedere. Itē q̄ abbas sine scādalo alioz d̄z se circa i firmos caute habere. Itē dīc q̄lī abbas et p̄o debet se b̄re. et q̄lis bonoz d̄z eis ipendi. Itē dicit q̄ papa nō p̄t cū mōachis ad babēdū p̄pā dispēfare. De q̄ vide glo.

In singulis.

Abbates et p̄ores mōachoz et canonicoz regulariū debet de triēnio i trienniū capitulū cōmune celebrare. Ilo. tex. q̄ dicit q̄ ius vult iura sup̄iora subdiuis obseruari ut ifeiores a sup̄iorib⁹ iniurias nō sustineant.

Ea que p̄ro.

In isto capitulo tradit̄ forma b̄m quā visitare babeat visitatores deputati p̄ p̄sidentes in capitulo generali. Ilo. tex. q̄ dicit q̄ nō obstante p̄tinacia vel amicoz potentia ouis moribida ne ceteras oues inficiat ē abiciēda

Item nota glo. in fine q̄ dicit q̄ i vno eodem
qz officio dispar nō debet esse pfessio nec est
arandum in boue et asino.

De statu monachorū et canonicoꝝ regula/ rūm. libro sexto.

P̄dericuloso.

I primō p̄t cām p̄stitutoꝝ et p̄stitutoꝝ
de clausura monialū. Scđo p̄cipit ultra fa-
cultates i monasteriis nō medicinū nul-
lā recipi et p̄factū irritū decernit. Tertio pro-
videt q̄diuris qn̄ moniales habēt facere su-
delitatē vel omagū ipalib⁹ vel secularibus
vñis. et qn̄ in ecclesiastico vel seculari foro
caulas habēt. Quarto facit ordiarios execu-
tores b⁹ iuris de clausura et q̄ ad exēpta mo-
nasteria prestādo q̄ p̄ h̄ i ipsa exēptis q̄ ad
alia nibil iurisdictiōis libi vñdicet. Mo. g. q̄
ter cēta dīc q̄ nemo iuit crescere cōpellit. It
dicit glo. de penuria monialū et est multuz
singularis.

De statu monacho. et canoni. regu. in cle.

Re in agro.

Primitut exordiū breue i q̄ cōstitutiōis
cām p̄t et generale iterdictū mōachorū ni-
groꝝ circa exq̄stū ornatū vel notabilē exces-
sū in vestib⁹. Cibis et potib⁹. Equitaturis et
lectisternijs. Scđo specialiter puidet circa
vestes habitui primas. Almucias Capucias
calciamenta Zonas Culicelloſ et Calcaria
Sellas et Frena ipoz et ultimo circa habu-
tū supiorē. Tertio circa eoz Cōfessionē Cō-
munionē Expositōem regule et iſtructōem
nouicioꝝ. Quarto circa venatiōes et au-
patōes eoz. Quinto punit certos p̄dictoriū
trāgressores. Sexto p̄fessos eūtes ad cu-
rias p̄cipū vel alias vagātes vel iſtra septa
monasterij arma tenētes. Septimo p̄ eoz
solitudines. Octauo puidet de p̄oz etate et
ipoz sacerdotio pfessione et habilitatiōe. Mo-
no de monachorū ordinatiōe et ipoz docūria

Ultimo p̄firmat et inouat dec. sup̄ia. e. cum
ad monasteriū. et. c. i singulis.

Attendentes.

I primō p̄t exordiū. Scđo p̄stitutōem
in q̄ p̄mo statuit q̄ ordinarij singulis annis
vñsūt monasteria monialū nō exēpta et ex-
empta q̄ soli pape sublūt. reliq̄ exēpta vñsūt
sup̄iores ipoz. Scđo statuit d̄ officio vñsūt
tiū. Tertio statuit abbarillas bñdicēdas in-
fra annū debere bñdici. Quarto p̄stitutōes
prorogat ad canonicas seculares cū quadā
p̄testatiōe. Quinto determinat comitū vñ-
sūtantiū. Sexto punit vñsūtates. Mo. t̄. ex. q̄ vi-
de inuere q̄ stat̄ canonicaꝝ seculariū ab ec-
clesia nō est approbatus.

Titulus. De religiosis domib⁹ ut ep̄is sint subiecte.

Nunc autem.

Ille ep̄s nouam eccīaz cōsecrebit q̄ p̄mo
p̄plo eiusdē loci eccīastica sacramēta misra-
bat et ep̄alia exercebat. Mo. g. q̄ dīc q̄li cō-
gnoscat q̄s debeat basilicā p̄mo p̄secreare

Quia monasterium.

Ribil iuris deperit ep̄o i c⁹ diocē ecclia
quā papa alteri ecclie vniuit. Vide. g. q̄ inuit
q̄ papa n̄ int̄edit iuri alteri p̄ suū p̄ulegiū
derogare. Itē dīc q̄ si vnicuiq; ep̄oz.

De xenodochijs.

Xenodochie i ep̄i p̄itate sūt i cui⁹ diocē sūt
p̄stitute. Mo. g. q̄ arguit ex hoc caplo q̄ om̄
nia monasteria et xenodochia de iure com-
muni spectant ad ep̄iscopum.

Ad hec.

Loc⁹ deputat⁹ auct̄e ep̄i ad hospitalitatē
vñsū religiosē. et ibo ad bñianos vñsū redire
nō d̄z. et simili mō dicendū ē de alijs rebus.

Inter quattuor.

Loc⁹ regulariū sūt cā nō d̄z trāsserri ad se-
culares. Mo. g. q̄ dīc q̄ necessitas n̄ bzlegem
Itē q̄ de ecclia seculari p̄fieri monasteriū

Constitutus

Ep̄ remittēt eccl̄ie iura ep̄alia censū annū i ea retinere p̄t. vel sic. Eccl̄ia sita i dioç. epi tenet et respōdere i ep̄alib⁹ nisi ostēderit illa sibi eē remissa legitime. et p̄t ep̄us remit tendo ep̄alia sibi censū retinere. **I**mo. g. q̄ tāgit materia an ep̄s potest res vni⁹ eccl̄ie dare alteri in iuris clericis. Item tangit an pacū posset ep̄s cū eccl̄ijs sup̄ censib⁹ facere. Item dicit q̄ in dubio id accipendū est quod vicio caret.

Cum venerabilis.

Ad iudicat ep̄o eccl̄ia in sp̄ualib⁹ si i dioç. sua sit sita. et h̄bato. n̄i p̄b̄t exempta. sed in sp̄ualib⁹ succubit nisi aliter doceat de iure suo. **I**mo. ter. q̄ tangit de instrumēto raso in loco suspecto. Item dicit. g. q̄ n̄ dñs potest rem locare. Item dicit glo. q̄ val⁹ instrumētum rasum et alle.

Cum dilectus.

Probata exemptō vel legirima prescrip̄tione s̄nī late p̄nūcien̄t nulle. **I**mo. g. in p̄ncipio q̄ ponit differentiā iter p̄curatorū et lras̄ derato. q̄r vigore simplicis p̄curatoriū procurator n̄o potest transigere s̄ne cōponere sec⁹ si habet clausulam de rato.

Ne nimia.

Noua religio n̄o ē admittēda nec p̄t bābere mōach⁹ vel abbas locū in diuersis monasterijs. **I**mo. g. q̄ dīc q̄ nouū collegiū non potest iustiui s̄ne p̄ncipe et ei⁹ cōsilio.

Tl. de religiosis do. libro sexto.

Religionum

Ista decretalis in p̄ma pte statuit ius nouum. repetit ius anni quū et ordies mendicantes inueniōs post conciliū n̄o p̄firmatos p̄ ipm inquantū p̄cesserūt de facto revocat. In secūda pte de aprobatis puidet qd̄ p̄flosores illoz possunt in ipis remanere nulluz ad p̄fessionem recipiendo loca noua n̄ emēdo et vetera n̄ vendendo s̄ne licēna apostoli

ce sedis. irritans cōtra factum et excomuni cans p̄tra facientes. In tertia pte dicit q̄ ad p̄dicatores et minores n̄o extendit cōstituū ppter evidentē utilitatē ipoz. nec ad carmelitas vel heremitas. q̄r conciliū p̄cesserūt. In quarta pte p̄cedit p̄sonis singularibus ordinū ad q̄s cōstitutio extēdit. vt possint transire ad ordines approbatos sed n̄o conuentus ad conuentū sine licēntia pape. **I**mo ta glo. q̄ dicit q̄ in multitudine sacrificiorū n̄o placatur de⁹. Item ponit glo. metra de significatione huius dictionis affatim. Itē dicit glo. q̄ h̄casu veteres eccl̄ie bñ possunt refici. cc.

Tl. de religiosis do. mibus in cle.

Cum de quibusdam.

Indrīmo ponit p̄stitutionis cām abolet et damnat statū Beguttay et excomunicat se crantes vel de nouo secrātes illū statū. **G**e cūdō excomunicat religiosos dantes eis cōsilū auxiliū vel favore. Tertio p̄testat q̄ statū penitentie et humilitatis p̄ h̄ mulierib⁹ n̄o vult p̄b̄beri. **I**mo. g. q̄ dicit de prostibulū beginarū et beggardez. Item q̄ beginē difſculter alios q̄r religiosos admittūt. Item in fine dicit pulchra de humilitate et aurea p̄ba q̄sūt menti tenenda.

Quia contingit.

Hec cle. p̄mo statuit hospitalia reformari p̄ collatores ipoz et cogi rectores eoz ad pleruatoz locoz et suoz iuriū et ad hospitālitatē tenēdā statuēs p̄ locoz ordiarios sup̄ pleru defectū vel negligentiaz collatoz. etiāz circa exempta. **S**ecūdo p̄cipit hospitalia in beneficiū n̄o p̄cedi nisi in duob⁹ casib⁹. et reprobat p̄traria p̄uetudinē submittēs quales esse debeant qb⁹ administratio ipa cōmititur et de ipoz iuramēto inuentario et ratione reddenda. et Decretuz apponit. Tertio declarat p̄stitutiones non extendi ad hospitalia religiosoz vel militariū ordinuz. Quarato p̄seruat antiquas cōuetudines talui locoz circa diuina officia et sacramēta. b.d.

Titul⁹. de capellis mo nachorum.

In ecclesijs.

In ecclījs i qb⁹ mōachi habitat pſetabūt mōachi ſecularē clericū epo q ipm iſtituet et deſtituet. Ilo. g. q videt oſponere et diſcām q mōacboꝝ nō ē circuire parrochiam

Bilectus filius.

Sieccia nō cathedralis vēdicat iura in aliq ecclīa oportet q ad illa tantū referri q p pſcriptionē v'l al's legitime ſibi pbabit Deberi. et ſic pſcriptionē extenbit ad alia iura. Ilo. g. q dīc q due accīes ſimul in eodē libello pnt proponi. Itē tāgit an ſnia poſſer ferri in yco nomū vel pcuratore. z.

Ex parte

Littere ipetratē vt monach⁹ mora ſolus nō valēt niſi de pſtitutō cōcili⁹ generalis ſe cerint mentionez. Ilo. g. q dicit qn quis ipetrat ptra ius ſch̄ptum oportet illud ius i lris exp̄mi. Itē dicit de impetratōne iporuna et q concilium ſit maius papa.

Ad audientiam.

Epi cōpellere pnt abbates ne mōachos ſolos i poranb⁹ morari pmittat. Ilo. g. q dicit q pſcili⁹ Innoç. dī generale ſp. Itē. g. poit Hcasu diſterēta iter mōachos et canonicos regulares. q regulares H poſſunt.

Titul⁹. de capellis mo nachoru. libro ſexto.

P̄reſbiteri qui.

P̄reſb̄ri q p monachos ad curā aīay ha bēndū epo pſtentat et p epm iſtituit non poſſit ab ipis ecclījs p ipos mōachos ſz p epum cā rōnabili amoueri. Ilo. g. circa ſi nē q dicit q q ſpleui culpa a ſuo bñficio remouerī no debet. et alle. ad H iura.

Ci. de iure patronat⁹.

P̄relatum.

P̄opter diſcordiā laicoy patronoy ceſ sat ecclīa a diuinis. tollūt inde reliq̄ et clau dūn̄ oſtia ſi aliter ſine ſcādalo ecclīe puidē ri non pt. b. d. cū. c. ſequenti. z. Ilo. g. q dīc ius pa. ē apud vnu quēq; beredē in ſolidū q ab omnē ei⁹ effectū. Itē q patroni alterna tis vicib⁹ poſſit pſtentare.

Quocunq;.

Sūmatum eſt ſupra. c. proximo.

Quoniam.

Si patroni in pñitatōe diſcordat iſ preſcial q bz voceſ pluriū patronoy. ſi H ſine ſcādalo fieri nō pt aut patroni iſra tēpus delegatū nō pſtentauerint ep̄s ecclīaz ordina bu. Ilo. g. q tāgit certos caſus qb⁹ acq̄rit ius patronat⁹.

P̄reterea.

Ercōican⁹ patroni laici q in ecclījs iſti tuunt vel deſtituit et bona ipoꝝ admīſtrat et clericī q tales iſtitutōes recipiūt a beneſicijs deponūt. Ilo. g. q vult q recipiens ecclīa alaico nō ē ipo iure ſuſpensuſ.

Quod autem.

Si patron⁹ laicus ſucceſſive pñtat duos et ſecūdus p epm aprobēt valebit iſtitutio. H pmo. Si patron⁹ laic⁹ donat ecclīaz colle gijs vel clericis ſine pſlenſu epi nō valet do natio. H ſecundo. Ilo. g. q dicit q pro nō batō habet qd ab illo datur q non poſteſt de iure donare.

Quia clericī.

Jus patronat⁹ vēdi nō pt pſertim ſi emi tur vt nepotes vel filii pſtentēt. Ilo. H glo. pma q poit diuerſa noia iuris patronat⁹. Itē diſputat an ius pa. vendi poſt. z.

Ex litteris.

Jus patronat⁹ cum univerſitate ad con ductorē transiſt. Ilo. g. q dicit illud videri pcessum quod nō eſt noiatum exceptū. Itē qd idē iuris ē in toto qd in pte. Itē tāgit glo. an patron⁹ lite pendēte poſſit pſtentare et vi det velle q ſic. cñ ar. contra.

Illud p̄tereundum.

Patron⁹ laic⁹ q̄ pcedit eccia; clericiis vñ loca religiosa sine pſensu epi p̄t nō obſtantē tali pcessione q̄ nō tenet ad illā cū vacabit p ſentare vñ eā aucte epi alteri vel loco religio ſo donare et eodē modo ſumat.c.cū laici. et c. Suggestum. infra.e.ti.

Querimoniam.

Inſtitutū i ecclisias patronatis p nouos patronos mutari nō pñt. nec vicissitudines ecclias p̄ eos fieri. Ilo.g.q̄ videt tangē q̄lē potestatem b; patron⁹ ſup ſacerdotes et rebus ecclie. zc.

Cum laici.

Ut ſupra i.c. illud ſm jo.an. Ilo.ter. nota bilē q̄ dicit q̄ nō licet laicis clericos i ecclias plūptione p̄pā ordinare. Aide.g.b⁹ capitu li q̄ videt notabiliter tangere qñ licet p̄factū penitere.

Eura pastoralis.

Religiosi vēdicare l' retinere eccias n̄ pñt ſibi pcessas a laicis ſine dio;c. pſensu niſi legi time pſcriplerit aut poſtea dio;c. pſenlū ha buerint. Ilo.g.q̄ tangit b; caſu de pſcriptione donatōis et deignorantia iuris et qđ d' ſu cessione q̄ videt b; ēbonā fidē. Ite di;c de illo q̄ mercat p̄tra iura. Item q̄ in locū alterius ſuccedit.

Si vero.

Si patroni vacatis ecclie iſra ips debitu nō pſentat epi ordiabit ecclias. Ilo.g.q̄ q̄rit qđ b; caſu pdeſt pñtatio cū iā pcessit canonica iſtitutio. Sc; vt patron⁹ maneat in q̄li poſſione pſentādi diſcordia iā ſopita. zc.

Cum ſeculum.

Si ius patronat⁹ ecclie deueniat ab exēptos p̄ hiis epale minui non d; . Aide.g.q̄ tagit qb⁹ modis et q̄li trāſſert ius patronat⁹. et poit vñus. Jura patronat⁹ trāſire facit nou⁹ beres. Reſ permutaſta donatio venit. Ilo. qz.

Ex iſſinuatione

Sine pſensu patroni nō d; q̄s ecclias occupare. Ilo.g.q̄ tagit de iure pa. et di;c q̄ ius

patronat⁹ eſt res indiuisibilis. et eapd quē libet ius ad eū habente in ſolidū. Ite di;c glo. q̄ nō b; canonici ſinguli ſed de ecclia ex pelli. zc.

Consuluit.

Patron⁹ n̄ p̄t ecclias ſibi retinere nec eaz alteri neq; filio ſuo pferre. Ilo.g.q̄ B di;c q̄ B caplo nō videt phibere pri qn posſet pſera re filii ſuū ſic videt admissū.

De iure vero.

Jus patronat⁹ p se vēdi n̄ p̄t ſz b; verū in tellige debes niſi vēdaſ cū vniuerſitate. q; illo caſu licite vēdi p̄t. Ratio eſt. q; ius patro nat⁹ eſt annexū ſpirituali. ergo n̄ p̄t vēdi. zc. ſic nec redimi p̄t. q; re ſacra non recipit eſti mationē.

Nullus laicus.

Patron⁹ ecclias l' decias ſine pſensu epi vel pāpe et loco religioso veleccie pferre nō potest. Ilo.g.q̄ videt tangē qđ b; caſu facien dū ellet ſi epi pſentire nō vellet. et an ſubſit cauſa vel nō.

Significasti

Si epi ecclia alteri⁹ dio;c. e patron⁹. ydo ne⁹ ab iplo pſerat⁹ b; iſtitui. Ilo. tāt b; boc. q̄ pñon⁹ q̄lib; p̄t d' ſu etudie pñtare clericum vñdecūq; originē duxerit ſi ſit ydone⁹.

Consultationibus.

Inſtitut⁹ ab pſentatoz ei⁹ q̄ ius pñonat⁹ ecclie poſſidebat ab ecclia remoueri n̄ d; licet ius patronat⁹ ab eo poſtea euincat. ſec⁹ ſi n̄ poſſidebat ſz credebat tātū eē patron⁹ Ilo. b; g; q̄ dicit q̄ opinio b; pferi veritati. et quod legitime factū eē irritari nō debet.

Suggestum eſt.

Iſtud.c. ſumat ſic.c. illud ſup.e. ſm jo.an. vel ſic. Valeſ ſcda pcessio ecclie facta alteri ecclie p ep̄m patronū nō obſtare p̄ore facta p ſolū patronū. b; d. ſm panoz. Ilo. tāt. g; q̄ il lud qđ ab inicio eſt inualidū p ſequente coſenſu tenet. Item dicit q̄ qñ plura ſūt paliq q̄z p̄tra obtinere debet.

Belatum.

Ab officio ei b*n*ificio eccl*astic*o remouet
q*uod* monit*n*ō dimit*it* ecc*ia* za laico sine p*re*l*e*su
ep*iscop*i*p*cess*ia*.**H** p*ro*mo. **S**c*ri*to dicit q*uod* laici spo
liantes ecc*iam* excommunicari debent.**z**

Eam te docet.

Si ecc*ia* vac*ans* i*sta* sex m*es*es n*on* fuerit per
pr*om*in*u* pu*la* ex*u*ice ep*s* p*ot* ea ord*in*are at*que* s*ibi*
de p*ast*ore p*u*nde. **M**o. g. b*is* cap*itu* q*uod* arguit d*icitur* q*uod*
quatuor m*es*ib*is* h*ic* dicat de sex.

Preterea.

Patron*is* i*us* pa*pa* au*cte* alienare n*on*
p*ot*, nec ab ecc*ia* aliqd*is* tp*ale* exigere, n*isi* i*ud* q*uod*
a dio*c* lib*i* t*pe* f*u*dat*is* fuerit res*uatu*. **M**o.
glo. q*uod* dicit q*uod* a*n* p*le*cration*em* ecc*ie* p*ot* censu
sue tribut*u* statu*m* patrono. **I**z post non

Cum autem aduocatus.

Patron*is* laic*is* v*no* p*intato* variare p*ot*
alii p*leni*ando. **I**z pr*om*9 cleric*is* h*ic* p*ot* **M**o. g.
q*uod* dicit q*uod* q*uod* dubiu*m* e*st* q*uod* ponor*it* i*ure* g*uifi*
cat*o* loc*is* e*st* q*uod* q*uod* n*on* p*ot* sub*ue*re v*tri*q*ue*. **I**te
q*uod* cleric*ip*igui*m* i*us* bab*er*i*u* i*ure* patronat*is*

Nobis fuit.

Ex*struct*io*e* ecc*ie* sc*ia* ex*bio**c*, au*cte* ac*q*rit*ur*
i*us* pa*pa*. **H** p*ro*mo. **P**atron*is* n*on* eligit i*ecc*ia col
legiata*is* eligit i*capella*. **H** sc*ri*to. **P**atrono
et debet p*ec*essionis bono*m*, et est et alend*is* ab
ecc*ia* si vergit ad inopia*m*. **H**tertio. **M**o. g. q*uod* vi
det dicere d*icitur* p*leni* patroni*m* ele*cio*ib*is*. et an
i*mito* pr*omo* cap*ella* p*ot* fieri collegiata*m*.

Per vestras.

Prom*on* ecc*ie* vac*atis* se*ipm* ad e*ad* p*inta*
ren*is* p*ot* **M**o. g. q*uod* di*cti* q*uod* n*on* ambicio*m* s*ibi* laborio*m*
se ad bono*m* d*icitur* p*ueniri*. Item dicit q*uod* ter*p*
sentant*e* et p*sen*tati*m* e*st* differentia.

Cum propter.

Si q*uod* i*uris* pa*pa*, iter laicos*is* i*sta* quatuor
m*es*es n*on* fuerit term*inata* ep*s* ill*is* dio*c*, i*que*
ecc*ia* e*st* situata*m* ecc*ie* de rectore p*u*nde*m*.

Cum dilectus

Legal*is* de lat*er* ecc*ias* c*on* alia ecc*ia* e*st* patro*n*a
sue coll*at*o*m* res*uare* p*ot*, i*st* n*on* vac*at*, et p*ferre*
c*ui* vac*at*. **H** p*ro*mo. Ex*duo* b*is* p*intatis* a*pro*no*m*
laico*m* sup*ior* i*stituere* sc*ri*m. **H** sc*ri*to. **M**o. g.

q*uod* h*ic* cap*itu* disputat an legal*is* p*ot* p*ferre* p*ot* s*ibi*
res*uare* ecc*ias* p*bi* laic*is* e*st* patron*is*.

Pastoralis.

Si p*ro*on*is* laicus successi*ve* p*intat* duos*is*
ep*s* sc*ri*m i*stitu*at valebit i*stitu*to*m*, ep*s* i*n* q*uod*
malicio*m* recusat p*mu* et ten*et* p*uidere*. **M**o.
glo. q*uod* q*uod* h*ic* casu*m* p*bare* malicio*m* ep*s*
c*ui* p*facto* p*lumif* et alle.

Postulasti.

Si ad*pres*entat*is* rector*is* ali*q*is ad*titul*o*m*
sue ecc*ie* f*uerit* ord*in*at*is* n*obilomin* p*ro*on*is* q*uod* n*on*
p*lent* ad*ea* c*ui* vac*abit* pot*erit* p*intare*. **M**o.
glo. q*uod* disputat de*c*onsensu*m* patron*is*. **I**te d*icitur* q*uod*
i*ndic*u*m* patron*is* mult*u* e*st* sequ*ed*u*m*. q*uod* ita dile*ct*u*m*
ecc*ias* vt sua ei*m* p*ferret*. q*uod* e*st* not*and*u*m*.

Transmiss*e*

Patron*is* h*ic* cleric*is* ecc*ias* vac*at* p*ferre* n*on*
p*ot* et si p*lent* p*ot* n*obilomin* p*intare* ad*illam*.
En*am* a*it* de plurib*is* patron*is* pol*is* v*n* p*intari*
vide*m*. C*onsuluit*. sup*er*. **M**o. **B** et i*c*. pastoral.
q*uod* valet q*uod* fac*tu* e*st* post appellatio*m* legitim*am*
Ite q*uod* q*uod* d*icitur* in eo i*que* deliq*at*. Item n*on*
prestat impediment*u*. **z**. q*uod* de*ire* non so*rit* effectum.

T1. **D**e*ire* patronat*is*.
lib*ro* sexto.

Si laicus.

Si laic*is* patron*is* i*us* patronat*is* ecc*ie* vel
lo*co* ali*q* religioso*m* ruler*it* valet tal*is* collatio*m*
q*uod* suis sine p*re*l*e*su*m* ep*s* dio*c*, facta f*uerit* p*dicta*
i*n* collano*m* d*icitur* ep*s* i*ure* suo derogare. **H** p*ro*mo.
Sc*ri*to d*icitur* q*uod* patron*is* laic*is* h*ic* ad*p*len*tan*
d*u* quadrimestre*m* t*pe* ecc*ia* i*n* v*l* m*o*aste*m*
i*u* cui facta e*st* collatio*m* i*uris* patronat*is* h*ic*
q*uod* patron*is* cleric*is* semestre*m* h*ic* d*icitur*.

Titulus. **D**e*ire* patro*n*atus in cle.

Ter*co*n*stitut*io*m*.

Ista cle*m* p*re*po*t* er*ordin* i*que* expedi*m*
ent*ia* ob*ser*uat*ie* antiqu*is* i*uris* p*ro*st*itut*io*m* ca*u*

sa pot. In scđa ponit p̄stitutōe q̄ tria pot.
P̄dimo puidet circa assignatōe p̄nis pue-
tū ecclesiarū facienda; platis vel vicariis
ipaz p̄ patronos ecclesiasticos q̄ nō solēt ea
rum onera supportare. Scđo circa illos pa-
tronos qui solent p̄dicta onera supportare.
Tertio circa executōe p̄stitutōis dat pot-
estate diocesanis et tollit obstantias et deter-
minat opiniones. Zc. Bm. Jo. an.

P̄dulores.

Siplures sūt patroni heredes i p̄nitatōe
vni dūtarat hñt vocē. Et p̄nt lūcē p̄corda-
re q̄d alternatis vicib⁹ p̄sentēt. p̄mittit et eis
q̄ plures p̄nt ad vacante; eccia; p̄nitare glo-
nas ydoneas eodē modo et vna ex his per
ep̄m valeat eligi et admitti.

Titulus. De censibus.

Sancitum est.

Dos eccie; et dom⁹ donis cū orto et cū alijs
areis iuxta eccia; positis et ad ipaz eccia; p̄-
tinētib⁹ nō soluit tributū neq; censū. Nota
glo. q̄ dicit q̄d sit mansus. Itē q̄ eccia soluit
tributū ecclesiasticum. Zc.

Omnis anima.

P̄drestatio pensionis ē subjectionis pba-
tio. Mo. g. q̄ dīc q̄ H̄ qd i isto caplo dī dictuz
fuit laicis. sicut illud. ri. q. i. magnū. Et p̄ ex-
tēdi ad clericos q̄ ad hoc q̄ debent obedire
suis prelatis.

Scientes.

Census de nouo mōasterio iponi nō dī,
Mo. g. q̄ dicit q̄ ab inicio p̄teccie cēs⁹ iponi.
sed postea nō. nec et de post p̄t census auges-
ri. Et sic bic initū est spectanduz. et ar. glo. q̄
quandoq; iniciū qñq; finis et qñq; mediuz
est p̄siderandum.

Licet multum.

Cleric⁹ ad collectas psonales cōpelli nō
dī. Nota glo. q̄ dīc H̄ casu q̄ miserabiles pso-
ne sūt dī iurisdictiōe eccie. Itē dīc q̄ miserabi-
lib⁹ psonis pōn⁹ ē miserendū q̄z aliquid aufe-
rendū. Item dicit q̄ morbo corporali laborat
a psonalib⁹ munerib⁹ excusant. Zc.

Ideruenit.

Mo. debet census c̄ cā ignorat. Mo. gl. q̄
dicit q̄ erroris pmissio nulla ē. et stipulatio
facta sine cā nulla ē. Itē q̄rit glo. an ne cens⁹
vel seruitū tale possit acquiri tempore.

Cum apostolus.

Istud p̄ciliū determinat numerū equorū
q̄s lecū debet hñt plati visitātes. p̄biber eis
vti venatorib⁹ et epulis lūptuof. et p̄cipit p̄
latiſne subditos talliet. p̄mutatū ab eis si
cā iusta sublit moderatū aurilū q̄rere. Mo.
H. g. q̄ ē valde notabil⁹ et dīc q̄līt ep̄s visitans
dioc. suā se dī hñt. Et dicit q̄li cibo dī vti. Itē
dicit q̄ ex nimia ingurgitatōe os olet.

P̄rohibemus.

Mo. cēsū nō debet ecclesijs iponi nee
veteres augmentari. Vide. g. q̄ di. stud fore
verū nī stat⁹ rei mutet. Itē dī. g. q̄ noua ve-
ctigalis nī a p̄ncipe p̄nt iponi. Itē dī. ter. bic
q̄ maiores debet facere minorib⁹ qd vellent
sibi fieri si ipi essent subditū.

P̄reterea.

P̄relat⁹ auctoritate sua non potest sua; eccia;
p̄lertum post mortē in suā p̄stiuere cē-
sualē. Nota. g. q̄ dicit q̄ H̄ casu etiam succel-
sor non tenetur.

Ecclesijs quas.

Ep̄i nō p̄nt nouū censū iponere ecclesijs
q̄s de nouo eripiūt de maib⁹ laicoy. et itelli-
ge eripiūt scz q̄ ad ius patronat⁹. Mo. q̄ cō-
suetudo aliaz eccia; et sevare debet.

Innowamus.

Sine auctoritate p̄ncipis pedagia iponi
nō debet. si H̄ fecerit cōmunione careat cri-
stiana. Mo. g. q̄ di. q̄ oia alia pedagia nō ba-
but nī ex p̄uerudie legiū p̄scpta. cui⁹ con-
trariū non est in memoria.

Cum clericī.

Cleric⁹ q̄ sine auctoritate ep̄i p̄ collusio
nē iponit nouū censū ecclie dī illa p̄uari. Et
istud. c. addit ad. c. P̄reterea. supra. e. Bm. jo.
an. Mo. g. q̄ dicit q̄d est collusio. Zc.

Ea que de auaricie.

In collectis vñ alijs nō debet eccie grauari
vt lic. Si collectores grauāt eccias isto offi-
cio p̄uabūt. Et psb⁹ ē.c. Ea q̄ d̄ simonia. Itē
q̄ qrit qd̄ suū nō ē.suū perdere debet.

Significavit.

Is q̄ recipit iuramētū de soluēdo censū d̄
nouo ipositiū eccie illud cogēt remitte. Ilo. o.
q̄ videt dicere cui poti⁹ i h̄ dubio sit obrepē-
randū an sc̄z epo an iuramēto. Itē q̄s nō d̄
cogi ad iurandū soluere censū.

Sopite.

Archieps visitas p̄uincia et a monaste-
riis p̄uincie p̄curari debet. Jo.an. Ilo.o.g.q̄
dīc q̄s dīc p̄curator. Itē vna et eadem res
nō d̄ diverso iure censeri. Itē ar. q̄ tu idē de-
bes facere qd̄ alij facerē si tu es eiusdē iuris

Grauis.

Patroni et ecclastici nouū cēsuz eccliajs
iponere nō possūt nec veterē augere. et si ali-
que p̄missiones vñ iuramēta sup h̄ exigerit
remittere cōpellūt.

Quanto.

P̄ocuratio a p̄ncipio iposita sp̄ ē exhibi-
bēda. s; si grauamē eē ic̄piat papa p̄t reme-
diū adhibere. vel sic. Augmētatis facultati
b⁹ eccie augmentat p̄curatio. Ilo. nota q̄ vñū
simplicit positiū generalitē itelligēdū. Et qñ
certa q̄ntitas nō exp̄mit p̄ueniens siue me-
diocris itelligit. Itē nota B.g. circa finez vbi
de colono d̄r qñ fruct⁹ augmētāt vel dimi-
nuū diligētia vel negligētia coloni.

Cum instantia.

Istud capl'm poit q̄lit et quo legati et nū
cij aplice sedis debet p̄curari. et h̄ Ber. casuz
nō poit psb⁹ ēsuū de p̄scp. i.c. Excedentes.
et pone h̄ casuū illud capl'm. Ilo.o.g.mltū
notabile q̄ uer cēta dīc q̄ paupes grauari n̄
Debet h̄ casu. imo paup nō dabit iudici spor-
tulas. Itē dicit i h̄ q̄ p̄icularis exactio et lo-
luno nō parua h̄ ic̄moda. z.

Ex parte.

Hic bēs q̄lit p̄mittētes ānua vota ea sol-
uere dñt. Ilo.o.g.q̄ dīc q̄ id qd̄ maior ps facit
alij facere cōpellūt h̄ casu sc̄z i solutōe ānui

voni et sic in dubijs obseruanda ē p̄uetudo
vicinor locoz.

Cum olim.

Eccie tenēt epo i cui⁹ dioč. sūt p̄stitute re-
spōdere de p̄curatōib⁹ quartaz decimaz et
alijs iurib⁹ epalib⁹. Ilo. g. q̄ p̄ libros atq̄s
p̄ban̄t cōfines epat⁹. et alle. ad h. z.

Olim causam.

P̄describi nō p̄t ut cens⁹ de meliori mo-
neta debit⁹. soluat̄ d̄ minori monera. Ilo. g.
i p̄ncipio q̄ dīc q̄ nō p̄dest p̄testatio qñ act⁹
p̄trari⁹ fit p̄testatōi. Itē nota glo. de p̄fessio
ne aduocati et p̄batōe erroris i p̄fessiōe. Itē
nota q̄ p̄cio rei. z.

Cum venerabilis.

Epus generalit eccia; eximēdo iura epa-
lia ibi itelligit retinere. Ilo. g. q̄ dicit q̄ qbus
cūq; v̄bis generalib⁹ epus eccia; aliquā exi-
mat. tñ in eadē visitationē p̄curatōem et ca-
thedralicū reseruat.

Super eo.

Ecclesie de nouo conuerse p̄curatōes et
alia debent facere vt antique et vicine et de
materia b⁹ capituli dic p̄ Inno. supra de cō-
sue. Cū olim. et supra de offi. archi. c. si. Ilo.
q̄ atēdenda ē p̄uetudo vicinie.

P̄ocurationes.

P̄ocuratōes et aliqb⁹ legatis vari non
debet nisi cū p̄sonalitē visitatōem exercent.
Ilo. g. q̄ dīc q̄ triplex ē p̄curatio vna q̄ debe-
tur rōne visitatōis. Scđa q̄ debet rōne con-
suetudinis. Tertia ex pacto.

Venerabili.

Ep̄s b; p̄curatōes ab ecclia i sua ciuitate
posita. Ilo.o.g.q̄ dīc q̄ p̄curatio rōne visitatō-
onis debita p̄scribi nō p̄t. Itē q̄ paupes ec-
clesie sūpt ad visitatōem nō tenēt.

Cum nuper.

Archieps d; p̄ totā p̄uincia suā p̄curare
et sup h̄ punire rebelles. et istud intellige cū
eps est negligēs. q̄ alij se intromittē nō d̄. et
quando hoc potest. vide ca. P̄dastoralis. de
offi. o. d.

Cum canoniciis.

Sed mōnetā a p̄ncipio p̄stitutā est ē sus annu⁹ p̄solvēd⁹ siue sit minorata pecunia vt in.c. Olim siue augmentata vt h̄llo ta q̄ p̄ 2̄nos liber ēē iussus ē post bienniū liber erit. Ite dīc. g. de moneta minori. z.

Auctoritate.

Propter oratoria p̄uata p̄curatio rōne visitatōis nō debet. H̄llo. g. q̄ p̄lat⁹ visitans nō d; intrare grāgia vel p̄uata oratoria. sed debet se trāsferre ad caput. i. ad p̄ncipalez eccliam siue monasterium.

Ti. de censib⁹. li. sexto.

Bomana.

In p̄ma parte būi⁹ capituli dī quō et q̄n archieps p̄t suam prouinciam visitare. In secunda parte dicit qđ archieps in visitatōe facere debet et q̄ crimina puniri potest. In tertia dicit quō et in quib⁹ rebus p̄curatōes recipere debeat. H̄llo glo. q̄ inter cetera dicit q̄ plentia p̄sonē multum operatur. Itē q̄ ab archidiacono appellari non potest. Item notat glo. i. quibus casib⁹ scripture requiritur et ponit. xvij. casus q̄s vide ibidem.

Exigit peruersorum.

Quia decretalis supra proxima non bene seruabat in qua p̄cipitur procurationes in virtualibus non in pecunia recipi et non recipi munera nec etiam p̄curatōes in virtualib⁹ locis non visitatis nō bene seruabatur illam hic confirmat adiens penam. H̄llo glo. q̄ dī sup verbo Exigit q̄ magna ratio suadet ob maleficia penas solui. Item hoc casu excedentes puniunt in dupluz. qđ si restituere recusant interdictur eis ecclesie ingressus.

Felicis recordationis.

Licet archiepi et epi visitatēs recipiūt pecunia pro p̄curatōne nō tñ licet visitati nisi vna p̄curatōnem recipere uno die siue vnu locū visitauerit siue plura.

Quāquā pedagiorum.

Si vniuersitas vel singularis p̄sonas ec-

clesias vel ecclesiasticas p̄sonas cōpulerit sole re pedagia vel exactōes preb⁹ suis q̄s cā negotiatōnis nō deferūt p̄sonē singularez sūt excoicati et vniuersitas interdicta. z. H̄llo ta glo. q̄ tāgit de libertate clericorū bonorū. Itē tāgit. g. an vniuersitas p̄t excoicari.

Iderpetuo declaramus

H̄llo est archieps libere visitare pruinciam suā licet suffraganei sui nō fuerint negligentes et eandē iterare visitatōes et p̄curatōes recipere p̄suētudine in cōtrariū nō obstante. Item p̄t archieps dum visitat p̄fessiōes subditoy suffraganeoz audire et absoluere p̄fientes et ip̄is penitētias iniungere salutares.

Ti. de censibus in cle.

Cum sit nature.

Religiosi tenent subire onera q̄ incūbe bāt in monasterijs siue ecclesijs ad ipsos spectātib⁹ an h̄llo cōcilij nīl p̄uilegio vel exēptōe nō iusta cā iuuent q̄ p̄uilegia vel exēptōes non iuuāt eos in ecclesijs post istud cōcilij acq̄rendis. Vide. g. q̄ est notabilis. z.

Ad nostram.

Ista cle. ponit quedā grauamina q̄ plati inferebāt exēptis. et p̄cipue Cisterciēn. et illa fieri p̄baret. Statuēs q̄ epi q̄ i monasterijs Cisterciēn ordinis caritatue p̄curant̄ sint contenti cibarijs q̄ p̄ illos misstrant̄. Si vno p̄curant̄ ex debito ip̄is volentib⁹ carnes ministrari debent extra septa monasterij ut saltem extra portā q̄ dī regularis. H̄pozēnam elemosinarij fragmēta mēsarū possunt pauperib⁹ erogare.

Idresenti constitutione.

Biocesani qb⁹ cōstat illos q̄ erigendo a clericis pedagia vel guidagia excoicati sunt vñ interdicci publicare debet. Et veit ista cle. executiue ad dīcre. q̄zq̄z. de censib⁹ li. vi. H̄llo tat. g. casus i qb⁹ nō soluūt vecigalia.

Titul⁹. de consecratōe ecclesie uel altaris.

Eid hoc.

Remoto altari vel lapide xinete sigillū psegrari d'z altare s; non eccia. Et ē ecclia dominus deo dedicata ad sacramēta et diuinā officia celebranda. de pse. di. i. c. i. hostis. Item alia est psegratio eccie et alia altaris. cc.

Tua fraternitas.

Quolibet die pt fieri psegratio ecclie vel altaris. Nota q; vnges et ppter necessitatē dieb; p̄uatis velum recipere p̄nt. Ordies vno nō psegrunt nisi certus tpb;. Et crisma certo tempore conficitur.

Quod in dubijs.

Si mēsa altaris enomiter fracta fuerit debet altare iterū psegrari. Item in bmois sacramēto oleū nō sacrum pt imisceri oleo sacro. p̄sbui est derenunc. d'senten. exco. et de pe. et re. q; in dubijs. Mo. g. q; ponit argumentū q; in reficiendo sacrum nō sacrum filum potest apponi.

Pdoposuisti.

Reconciliat eccia q; pbomicidia vel vulnera hominū est polluta. Mo. g. q; in hēnotabilis et singularis q; poit casus in quibus eccia vel altare debeat psegrari. vel recōcilia ri. Et pmo casu si est dubiu. secundo si eccia ē taliter adusta. cc.

Cum sis.

Pdolura in eccia altaria et plures epos simul poteris psegrare. Mo. g. q; poit bargumentū p̄tra Basianū q; dixit q; psegrato maiori altari omnia alia erūt psegrata.

Ligneis edificijs.

Corruente tecto et parietib; illesis licet tabula altaris modicū sit fracta non d'z reconciliari eccia vel altare. Mo. g. q; dicit q; consecratio eccie fit in parietib;.

Consulisti.

Pdopter excoicatoz corps in cimiterio sepulta cimiteriū p̄ ep̄m est recōciliandum. Nota q; corps excoicatoz si discerni possūt sūt de cimiterio picienda. et eadez gaudent emunitate cimiteriū et ecclesia.

Cum sicut.

Qui facit eccliam psegrari eā etiā votare tenet. Mo. g. q; dicit q; ecclia ei fūdāda nō ē nisi etiā p̄us fuerit votata. Item glo. q; rit quāta erit dos eccie et soluit. Item querit. g. quid si eps psegrat eccia; sine voto.

Alqua per.

Ecclia polluta p̄ sacerdotē simplicē recōciliari non pt. et ex aqua p̄ ep̄m bñdicta. s; p̄ ep̄m bene pt. Mo. g. in p̄ncipio q; dicit q; p̄le tūdo q; ē p̄tra iuris naturā nō pdest. et cōtra illud ius p̄scribi nō pt. Id q; eps illa q; sūt ius rīdictōis potest cōmittere. cc.

Si ecclesia non.

Si eccia nō psegrata fuerit seminis aut sanguinis effusione polluta lauari d'z aqua bñdicta ne interim impediant diuina et qnto cīn̄ fieri poterit est psegranda. cc.

Titulus. de consecratione eccie vel altaris. libro sexto.

Si ecclesiam.

Itud caplī docet q; eccia et cimiteriū simul polluit et q; alterum eorum tantum. Et vide ter. et glo.

Ti. de celebratione missarum.

Pdresbiter manē.

Hic habet quō p̄sbui et alijs clericis debent horas canonicas siue diuinās dicere q; bus tpb; et q; n. Nota. g. q; dicit p̄silū ēē q; clericis oēs horas simul dicat. ne supuenientib; oēcupatib; aliquā horā omittat.

Quidam laicorum.

Pdoptē missas peculiares nō ē omittendū diuinū officiū diei approbatū. Mo. g. q; dicit q; nō ē malū audire missas peculiares s; omittere missas diei canonice institutas. cc

Consulisti.

Suffici sacerdoti die vna missa celebra re nisi i die nativitatis et causa necessitatis suadeat. Mota. g. q. i die nativitatis plures missae celebrantur. et dicit q sit ca nativitatis.

Consilium nostrum.

